1112 Alderſpach, D. eiuſdem.
1124 Cella Principum, ſiue Eboracum, f: Alderſpach,
1263 Campus Principum, ſiue Furſtenfeld, f: Alderſpach.

# FLANDRIA

## ſiue Belgium.

# Clarçuallis ſola ſuas filiationes habet.

1138 DE Dunis, D. Mormen:, ſiue Audomaropolitanæ, S. Omer.
1140 Ce Claro Mariſco, D. eiuſdem.
1139 De Hoiella, D. Leodien:, Liege, Ludick,
1146 De Villari, D. eiuſdem.
1149 De Lauda, D. eiuſdem.
1147 De Cambrone, D. eiuſdem,
1148 De Alna, D. eiuſdem, acquiſitum,
1182 Vallis Dei, D. eiuſdem.
1186 Vallis Sancti Lamberti, D. eiuſdem, f: Signiaci de Claraualle.
1231 Grande pratum, D. eiuſdem, f: Villarij de Claraualle,
1218 De Bodello, D. Tornacen:, ad Scaldim fluuium, Tournay,
1220 De Mollinis, D. eiuſdem,

26



1185 De Capella Tholoſani, D. eiuſdem, f: Albæ Rippæ de Claraualle.

1237 De Loco Sancti Bernardi, D. Cameracen:, Cambray, f: Villarij de Claraualle, In Friſia,

1129 Clarus campus, D. Traiecten:, Vtrecht, In Friſia,

1192 Iardinetum ſiue locus S. Britonis, D. eiuſdem, In Friſia,

1192 De Boneffeia, D. eiuſdem.

1196 De ſancto Remigio, D. Groningen:, Groninghe, In Friſia.

## Auſtria, Styria, Carinthia & Carniola.

### Claræuallis filię.

1135 CLaraualllis, ſiue Suetell, D. Pataujen:, Raſſaw.

# Morimundi filię.

| | |
|---|---|
| 1129 | RVna, D. Salisburgen:, f: Eboraci de Morimundo. |
| 1142 | De Victoria, D. eiuſdem, f: Runen:, |
| 1132 | S. Crucis, D. Patauien: |
| 1146 | De Hilaria, D. eiuſdem, f: Eboraci. |
| 1148 | Mons Pomerij, alias Paugartinperg, D. eiuſdem, f: Runen:, |
| 1206 | Campus Liliorum, D. eiuſdem, f: Runen:, |
| 1270 | Seinſenſtam, ſiue Vallis Dei, D. eiuſdem, f. Runenſis, |
| 1270 | Cella Angelorum, olim monialium, D. eiuſdem, f: Hilarien:, |
| 1325 | Nouus mons, D. eiuſdem, alij ſcribunt Salisburgen:, f: S. Crucis. |
| 1444 | In Noua Ciuitate, alias in Neiſztad, Monaſterium Sanctæ Trinitatis D. Vienen:, ſub ſuffraganeo tamē Neiſztadien:, fundatum per Fridericum Tertium Imperatorem, f: Runen:, |

# Annotationes.

GErmani liberam adhuc electionem retinent, quamuis hæc ab Epiſcopis paulatim iam incipit labefactari, Commendas nullas habent, ſubſunt immediatè Generali Ciſtercien, Nihilominus tamen Contributiones maximas Cæſari pendunt, quando eas placuerit illis imponere.

# POLONIA.

IN Poloniæ Monaſteriis recenſendis, ex propoſito voluit author præſentis operis, magis ſpectare fundationem Vniuſcuiſq; Monaſterij certa ex cauſa, quam Diæceſim. Quem tamen Ordinem in aliis non eſt ſecutus Omnia verò Monaſteria ſunt de Morimũdo, excepto vno Oliuenſi, quod eſt de linea Claræuallis.

## Filię Morimundi.

1140 ANdrzeiow, D. Cracouien:, Krakow, fund. per Ianislaum Archiepiſc: Gneſnen., & Clementẽ Frem̃: eius.

1145 Landa, D. Gneſnen:, Gniezno, fund: per Miecislaum Senem Ducem maioris Poloniæ, f: Veteris montis propè Coloniam de Morimundo.

1153 Vagrowiec, ſiue Lukna, D. eiuſdem, fund: per Zbiludum Comitem à Pangrodz f: Veteris montis.

1170 Oliua in Pruſſia *R*egali, fund: per Subislaum Seniorem, Ducem Pomeraniæ, D. hodie Vladiſlauien:, Wrocławek Biskupi, f: Vitæ Schola in Dania, de Monaſterio Eſrom, de Claraualle.

1177 Suleiow D. Gneſnen:, fund: per Cązimirum Iuſtum Ducem primo Sandomirien:, poſtea verò noſtris Poloniæ,

Va-

1179. Vachock, alias Cella S. Mariæ, ſiue Camiona, D. Cracouien:, fund: per Gedeonem Epiſc: Cracouienſem, f: Lubenſis Monaſterij in Sileſia de Morimundo.

1185 Comprouincia, alias Coprzywnica, D. eiuſdem, fund: per eundem Ducem, per quem & Suleiouien: Monaſterium,

1220 Mogiła, ſiue Clara tumba, D. eiuſdem, fund: per Iuonem Epiſc: Cracouien:, ex familia Odrouanzorum f: Luben:,

1233 Obra D. Poſnanien:, Poznan, fund: per N. Palatinum Poſnanien:, f. Vagrouecen:,

1234 Paradiſz ſiue Gozdzikow, D. eiuſdem, f: per Broniſium Co-

Comitem, f: Lenin Monaſterii in Diæceſi Brandeburgen:, quod iam amplius non extat.

1234 Szczerzyc ſiue Mons S. Ioannis, D. Cracouien:, fund; per Theodorum Palatinum Cracouien: Cognomento Cedrow, ex familia Griffforum, f: *An*dreiouien:,

1253 Biſſeuia ſiue Fælix Vallis, hodie Coronow, D. Wladiſlauien:, fund: per Nicolaum Theſaurarium Cazimiri Ducis Cuiauiæ, f: primo Suleiouien:, Poſtea verò Lubenſis per Deciſionē Aabbatis de Morimundo,

1260 Bledzew, ſiue Zamsko, D. Poſnanien: fund: per Euſtachiū, & Voiciechum, Comites Fratres Germanos, f; Paradiſien:,

1262 Polplin, ſiue nouum Doberā, in Pruſſia Regali, D. hodie Wladiſlauien., fund: per Samborium Ducem Pome-

raniæ, Patruum Mſciugij Ducis, f:
Volkotnoch Monaſterij ſiue Veteris
Doberan in Saxonia, quod iam periit.
1278 Przęmet, ſiue Vielien, D. Poſnanien:,
fund: per Beniaminum Palatinum Po-
loniæ, & Comitem, f: Paradiſien:.

# Annotationes.

POlonis libera electio, primum per Epiſcopos, poſtea verò per ipſos Reges, teſte Cromero ablata eſt, & dantur eis in Abbates Aulici Regii, qui tamen ordinariè tenentur profiteri Regulam, & ſeruare illas conditiones, quæ eis à Monachis imponuntur iuramento adhibito; Subſunt immediatè ſuperioribus Ordinis, & viſitantur ab ipſis, ſicut obſeruatum eſt De Anno D. 1580. in Patre Edmundo Viſitatore Gallicano, Abbate Caſtellionis in Francia, in Diæceſi Virdunen:. Poſtea vero Generale totius Ordinis Ciſtercieñ. Et in ſubſequentibus. In Antonio Flamingo, Claudio Gallo, aliiſq;. Quod inique ſatis animo, & acerbo ferre videmus Lociordinarios, volentibus Abbates noſtros, reducere ad patriæ communes leges, & ſubeſſe omnino ſibi. Vnde fit, vt ſæpè pro Conſeruandis libertatibus Ordinis, & Priuilegiis, Sedes Apoſtolica conueniri debeat, partibus inter ſe oppoſitum ſentientibus, ſicut noſtris temporibus contigit Abbatibus Coronouieñ, & Peplinen:, cũ Hyeronimo Rozdrazewski Epiſcopo Vladislauieñ.

Et Luca Koſcielecki Epiſcopo Poſnanien̄ cū ſupra memorato Patre Edmundo Viſitatore Gallicano, volenti viſitare Abbates Diæceſis illius, cum monialibus Ouinſcen̄, ipſo ſimiliter renuente, & ſeſe ferociter eius viſitationi opponente. Qui tamen per Breue Sixti V. Pontif: Max: ad quem pars vtraq; appellauerat non ſaltem non admitti debuit ad viſitationem Abbatum Diæceſis eius, vna cum Monialibus Ouniſcen̄, ſed ipſos etiam Abbates, ad Obedientiā Generalis Ciſtercien: compellere, & donec ſeſe in propriis perſonis ei ſiſterent, & præſentarēt in Gallia excōmunicare, aliiſq; pænis, & cenſuris Eccleſiaſticis in innodarē iunctū ei fuerat. Priuilegia Ordinis eorū ne viderētur cū Regni legibus pugnare approbauit Sigiſmundus Auguſtus Rex, cuius rei extat authenticum diploma in Archiuo Ciſtercien:, ſuntq; recepta, & admiſſa ad Regnum. Comiſſarium, ſiue Vicarium Generalis, cui committitur cura omnium Monaſteriorū, indigenam primo, poſtea verò Regularem, in Regno ſemper præſentem habent, ſicut & habuerunt ab antiquo, niſi quod paululum officium eius, & munus, ſub Sigiſmundo Auguſto, in Michaele Abbate Paradiſien: defferbuerat. Quo tēpore Loci ordinarij vnusquiſq; in ſua Diæceſi ſedis Apoſtolicæ delegati officio fūgebatur, & defectū ſuperiorū ſupplebat, iuxta Canones Concilij Tridentini. Sed poſtea ſub Stephano Batthoræo, reſtitutū fuit honorificè, & multis prærogatiuis, ac gratiis, maioribus multo, quam priores Commiſſarij, habuiſſent, à Sixto V. Pontif: Max: ornatum & cumulatum, Commendis quamuis paucis, oneroſis tamen grauantur, quæ emerſerunt de A. D. 1550. Sub Sigiſ: Auguſto. Primus Cōme[illegible]tarius fuit

N. Wy-

N. Wyſocki Canonicus Gneſnen:, Abbatiæ Landen:, qui tamen pauco tempore ſuperuixiſſe memoratur, Monachi iuxta Breue Pij IV. & Pij V. Sum: Pontificum erectionem menſæ habent, diſtinctam ab Abbatiali. Capitula ſua Prouincialia quolibet quadriennio celebrant, & ad Generalē quod in Gallia ſemper peragi conſueuit veniunt, aut certe aliquem ex gremio Congregationis concorditer electum mittunt. Contributiones Generali Ciſtercien:, Regi, Epiſcopis etiam, frequenter quamuis ſub ſpecie & prætextu alterius neceſſitatis, & exigentiæ, plurimas ſoluunt, quales ſunt illæ, quæ vulgò Sep vocantur. Item pro Deputatis Iudicibus Tribunalis Regni Pro Seminariis ſuarum Diœceſum, aliaſq; quæ cum recenſentur, effugiunt penè memoriam. Omnia verò mala hæc, videntur prodire ex adipe, & pinguedine diuitiarum, quibus gaudent Abbatiæ.

# Sileſia, Morauia, & Bohemia.

IN his Prouinciis, & Regnis, Morimundus tantum ſuas filiationes habet.

## Morimundi filię.

1123 LVbens D. Vratislauien:, wro-

cław, f: Monaſterij de Porta in Saxonia acquiſitum.

1227 Henrichow, D. eiuſdem, f: Luben:, per Henricum Theſaurarium Henrici *B*arbati Ducis Poloniæ fund..

1242 Camieniec, D. eiuſdem, f: Luben:

1255 *R*uda, D. eiuſdem, f: Luben:,

1290 Griſſauia, D. eiuſdem, f: Henrichouien:.

1259 Ięmielnica, D. eiuſdem, f: Andreiouien:.

1268 Noua Cella, in Marchia, D. quondã Miſnen:, hodiè verò Vratislauien:, f: Cellæ S. Mariæ, in Diæceſi Miſnenſi, quod iam amplius non extat.

1185 Zarij, D. Olomucen:, Vlmic, Olmuntz, f: Plazen: in Bohemia, ſed per Franciſcum de Triſtand, Epiſc: Olomucen:, Cardinalem tituli S. Silueſtri, ſub Paulo V. Pontif: Max: de A. D. 1609. eſt ſuppreſſum.

Vielo-

1202 Vielograd, D. eiuſdem, & filiationis, fundatum per Vladislaum Marchionem Morauiæ, Fratrem Premislai Ottokari, Regis Bohemorum,

1136 Aula Regia, D. Pragen:, Praga,

1143 Sedliec, alias Gora, D. eiuſdem,

1145 Plazij, D. eiuſdẽ, f: Lancheimẽ: Monaſterij in Germania, de Morimũdo.

1160 Aurea Corona, D. eiuſdẽ, f: S. Crucis in Auſtria, de Morimundo.

1258 Altum vadum, D. Patauien:, f: Hilarien: de Morimundo.

## Annotationes.

Sileſitæ, Moraui, Bohemi, eodem iure gaudent in omnibus, quo & Germani; excepto eo, quod frequentiores ſunt apud eos de Abbatiis, quàm apud Germanos difficultates.

# TABVLA
## Monaſteriorũ quæ perierunt.

# Gallia.

IN Gallia ſicut dictum eſt ſupra, fuiſſe olim 400. Monaſteria Monachorum, ex teſtimonio Barnabæ de Montaluo, Arnoldi, aliorumq; authorum magnæ authoritatis, accepimus; Ex quibus hodie uix ducenta, & quindecim ſuperſunt.

# Hiſpania.

HIſpaniam quinq; Monaſteria, traditio certa maiorum perdidiſſe aſſerit, inter quæ erant Petra Sancta, Et Anſeris locus, &c.

# Jtalia,

ITalia plurima Monaſteria amiſit, quorum hæc ſunt nomina, S. Sebaſtianus Romæ, S. Saba ibidem, S. Andreas ibidem, Mons acutus in Lombardia, Sanctus Martinus de monte viterbio, De Re inſula maris Rupellæ; Sanctus Clemens, Ara bona, Fons vini, D. Parmen:, S. Mariæ de Coronato in Apulia, Sana Vallis Venetiis, Patriæ dolus, alias de Molino, D. Venetien:, S. Gaudentius in Romandiola, S. Iuſtus prope Romam, Sanctus Panthaleon in Tuſcia, quamuis ab aliis dicatur fuiſſe Monachorum Nigrorum, S. Auguſtinus de monte alto, S. Paſtor prope Rheatam, Titonium in Apulia, Sanctus Seuerus Rauennæ, S. Maria de Stirpeto in Apulia, S. Maria in Strata Bononienſi,

S. Vitus, & Saluius in Apullia, S. Georgius in ſtatu Ducis de vrbino, S. Petrus D. Genuen: prope Sardzanam oppidum in Liguria, In ipſa autem vrbe Genuen: & circa muros eius vndecim fuiſſe Ordinis Ciſtercien: Monaſteria, Barnab: de Montal: in ſuis Chronicis tradit, quæ ſucceſſu temporis, gurges inſatiabilis, hominum auaritia deglutiuit, & abſorbuit, S. Hermes prope Piſas, S. Laurentius ibidem, Sanctus Bernardus in Suburbano Valentino, De Farſa apud Sabinos, Deniq; illa de quibus eſt ambigua lata Sententia, ſub titulo Italiæ Monaſteriorum: Horum vero cauſa ruinæ, & perditionis fuerunt, tam ipſi Monachi, quàm Cōmendæ per Summos Pontifices, introductæ.

# Germania.

MVtorum Monaſteriorum Germaniæ interitus cauſam partim hæreſim, partim bellorum tumultus fuiſſe, relatione patrum accepimus. Quorum iſte ſequitur Cathalogus. De Paris, D. Argentinen:, Pons Tobiæ D. eiuſdem, Lapis S. Michaelis D. Halberſtaten: in Saxonia, Hirſuinduhauſn ibidem, Vetus Doberã ibidẽ, Volkotnoch, De Porta, D. Haũburgen:, Cella S. Mariæ D. Miſnen:, S. Nicolaus in Gruenhamb, D. Naũburgen:, Falkenrede in Thuringia, Lucka in Saxonia, De Sichẽ D. Halberſtatẽ:, Reiffuſtein ſiue de Coruinoua D. eiuſdẽ, Silua S. Mariæ in Grimnic, In Marchia, Lenin D. Brandeburgen:, Valdaſchin D. Râtisbonen, De Aukſpurch, Fons B. M. Burienturt D. Treueren:, Relaxhauſen In Saxonia, Baumont, Amelsbrum in Bauaria D. Hildeſeimen:, Toplic in Croatia, Sanctus Gothardus ibidem, Sitich in Carniola D. Aquileien.

# De iſtis vero ignoratur.

VAlkenrede D. Maguntinen:, Ottenburg D. eiuſdem, Arnsburg D. eiuſdem, Schonaugia D. Vormacien:, Malbrum D. Spiren:, De Alba ſimiliter, Halsbrum, alias Fons Salutis, D. Eſteten:.

# Bohemia, Sileſia, Morauia.

DE Sachars ſiue Abbatia S. Mariæ, Pomuck, Oſſiek, D. Pragen:, Sacer campus D. eiuſdem, Zarij, & Puſcimierz, D. Olomucen:.

# Polonia.

POlonia nullum adhuc perdidiſſe Monaſterium reperitur, ſed quemadmodum quindecim ab ipſa fundatione habuit, ita nunc eadem retinet. Excepta Liuonia quæ quoniam ſub Moſcho Shiſmatico pluribus annis fuit, ideo ibi tria Monaſteria quæ extabant perierunt, quorum hæc ſunt nomina. Falcana, Prodenemunde, Stolprum, D. Derpten:, ſeu Torpaten:, fundata per S. Bertholdũ Liuonum Apoſtolum, & Martyrem, Monachum Ciſtercien:, & Abbatem Monaſterij Lubecen, ſiue vt aliis placet Bremenſem.

Scala-

# Sclauonia, ſiue Secauia.

COlbacz, Schola Dei, De Hilona, De Portis, Doberan prope Roſtock, Dargun, Bucouia, alias Buch, Reinfeld, Nouus Campus S. Mariæ, Sanctus Nicolaus in Inſula Danubij.

# Vngaria.

S. Diſibodi, Bellus fons, De Candela, S. Crucis, S. Abraham, Locus Sancti Bernardi, Mons Sanctæ Mariæ, Mons Oliueti, Nemus S. Mariæ, Pulchra domus D. Iaurinen:, Inſula S. Iacobi, Vallis Paradiſi, Campus clarus D. Agrien:, Cicador, Tirrenium, Buctalum, Trium fontium, Zurtela, ſiue Zentela, Bonganed, Paſtruch, Prælusſum ſiue Peliſum, De Pornon ſiue de Parco, Honeſta Vallis, De Orlez, De Zero, De Ægris, De Bocham, D. Nitriens, Actionale, De Keer vltraſyluas.

# Jn Græcia, & aliis mundi partibus.

LAura, Monaſterium inſigne, & Illuſtre illorũ antiquorum Græciæ Eremitarum, Abbatia noua ibidem, S. Ioan: de monforte, S. Angeli prope Conſtantinopolim, Bellus locus in Cypro in

ciuitate Nicoſia, Iamcheria in Dalmatia, Vallis decocta D. Frigiacen:, Ægena ſiue Ægea, De Barberio in Sardinia, De Turribus ibidem, De Palude D. Tauricanen:, De Amore in Iſchia, Deniq; Monaſterium Montis Sion in Hieruſalem, Quod à Franciſcanis hodie poſſidetur, olim fuiſſe Ciſtercien:, Barnab: de Montaluo, fol: 160. Lib: 10. Antonius de Aranda in ſuo Itinerario terræ *Sanctæ*, & alij, grauiter aſſerunt.

# Anglia.

MOnaſteria in Anglia ſunt ſuppreſſa per Henricum Octauum Regem Angliæ hæreticum, & Elizabetham filiam eius Reginam, de Anna Bolenam ſuſceptam Erant autem hæc.

## Jn Diæceſi Cantuariẽ:, Cantelberch,

DE Bolexera, Straford, De Releth, De Furneſio alias Farneis, De Rieualle, ſeu Regali Valle, De Duncella, alij ſcribunt Bona cella, Locus Regits, De yues, alij ſcribunt Gines, alij de Itouia, De Hieroſolyma, De Bello loco Regis, De Holnera, Trium fontium, cuius fuit primus Abbas Rogerius diſcipulus S. Bernardi, de quo fit mentio in primo libro vitæ eius.

## In Diæceſi Eboracen̄, yorck.

S. Maria de Eboraco, De Fontibus, fundatum per Turſtinum Archiepiſc: Eboracen:, vt in vita S. Roberti Anglicani legitur, Huius Monaſterij primus fuit Abbas Richardus Epiſtola 96. Bella laude, De Kirkeſtall, De Vuitibij, alias de Fallacia, domus profeſſa S. Roberti Anglicani. De Fraxelleia, ſiue Flexeleia, De Hilueſti, De Bordeſleia, De Eſtalaude, Betalaude, ſiue de S. Benedicto, De Marmort, acquiſitum.

## In Londinen:, Londen.

De Melſa, De Comba, Vallis S. Mariæ de Kirkieſteden, Lodeprach, De Verbuncia, ſiue Velburna, Locus S. Mariæ, Vallis Clara.

## In Oxonien:, Oxford.

De Vueſth, fund: per S. Eduardum Regem, acquiſitum, De Manna, De Careria, ſiue de Carlion, Bella petra, Fons Dei, De Gardonnio ſiue Aberdomnio, Porto laude, Bonus radius.

## In Vintonien:, Vuinton.

Cogeſalem, De Buxeria, alij Brueria.

# In Roſſen:, Rocheſtre.

DE Pultona craſſa, alij Plutanilla, De Prato, fund: Per Gualeranum Comitem.

# In Herfordien:, Herefors.

IOra Vallis, ſiue Aurea Vallis.

# In Lincolnien:, Lincolne.

VAllis Dei, De Tileteio, ſiue Terreto, ſiue Tiletino, De Bildemia, ſiue Gildemia, Vallis Salutis.

# In Dunelmen:, & Vigornien: Vuorcheſter.

DE Berteles, De Barneleia, De Benedona.

## In Noruicen:, Norwick.

DE vilers, Nouum Monaſterium fund: per S. Robertum Anglicanum, ſvt habetur in Surio in eius vita, De Caldra ſiue de Loco Dei.

## In Conuentren:, ſeu Lichfeldenſe Conuentre.

DE Kincheneda, De Forda, De Tania, ſiue de Thalia.

## Ibidē Monaſteria quorum Diæceſes ignorantur.

DE Saltercia, De Fresmont, De Sebecuna, ſiue Sebetina, De Sarlegia, De Cumbermare, Vallis Crucis, Vallis viridis, De Bocfeſtria, De

S. Longino; De Vterna, ſiue Vlerna, De Greuano ſiue Greuarth, De Cinterna ſiue Cinthir, De Pipinella, De Rupe Caſtellæ, De Rudinellos.

# In Vallia ſeu Cambria, ſiue ad Fanū Dauidis.

BLancobarda D. Meneuen:, De Vaſſumel, alij ſcribunt Baſſumel, D. Landauen:, Landaff, De Quarceria in Netha Inſula, D. eiuſdem, De Margran, ſiue de Margrano, D. eiuſdem, De Rameſia in Grolandia, ſiue Gerlandia, De Florio ibidem, De Morello.

# Hibernia ſiue Iberia, ſiue Irlandia.

IN Hiberniam introductus fuit Ordo Ciſtercien:, per S. Malachiam Archiepiſc: Hibernorum, extinctus verò per Reges Angliæ, Omnia autem Monaſteria erant de linea Claræual en:, quorum hic ſequitur numerus.

Benchor ſiue Monaſterium S. Columbani, D Armacaren: in vltania, Armach, cuius Abbas fuit ipſemet S. Malachias, Dubrethin, Albus tractus, D. Gelmoren:, Mellifons D. Medien:, Caſſel, Vallis S. Saluatoris, D. eiuſdem, De Stanlegia, Benedictio Dei, De Magio, De Glenoliis, D. Tuamen: in Monomia, Toam,

S. Ma-

S. Mariæ iuxta Dubliniam, D. eiuſdem, In Lagenia, Beatitudo D. Cilderien:, De Buellio, Viride lignum, De Seccia, ſiue Seuncia, Flumen Dei, De voto, Portus Niger D. Medien:, S. Euinus De Cilderien:, S. Germanus D. Tuamen:, De Cæna B. M. D. eiuſdem, De Lintro, alij ſcribunt Lintercelle, D. Monomen:, De Quindelago, D. Dublinen:, Dublin, De Sagada, De Rifiniano, De Renemehelte, De Schomendal, De Sconemenia, Iugum Dei, S. Mauricius, Blancolanda, De Canonica in Armaſia, De Rotaria, ſiue de Rochem, De Barblingas, Schola Dei, De Vateneye, Clarus fons, De Stricto, Laus perennis, De Liuore, alij ſcribunt de Cliuo.

## In Inſulis Orcadum

Kyrie Eleiſon, D. Anſloen:, Anſlo, Chorus S. Benedicti, D. eiuſdem, Caſtrum Dei, D. Gelmoren:, Petra fertilis, D. Tuamen:, Ioræpons, Roſea Vallis D. Dublinen:, De Apenia inſula, S. Crucis, Vallis Charitatis, De Sthurio, Vallis Dei in Ardemio, D. Cilderien:, Aruus Campus, De Samaria, De Sarmaxeria, Fons viuus, Lex Dei, Stratmargel, ſiue De Stitinaria, Collis victoriæ, Strata florida, ſiue Vallis florida, De Cumchir, Grande pratum, Locus Sancti Britonis.

## Dania, Noruegia, Suecia.

IN Daniam, Nouergiam, & Sueciam, introdu-ctus fuit Ordo Ciſtercien: per Eſchillũ Archiepiſc: Lundenſem, & Adrianum IV. Summum Pontificem, Monachum Ciſtercien:, vocatum antea Nicolaum, ſuppreſſus verò, per Chriſtianum, & Guſtauum Reges Daniæ, & Sueciæ, Monaſteria verò ita vocabantur.

# Jn Dania.

AVrea inſula, D. Sleſuicen:, Sleſwick, De Hermado D. Lunden: Londen, De Heida, D. eiuſdem, Tuta Vallis in Iutia ſiue Cimbrica Cherſoneſo, D. Ripen:, Rype, Locus Dei, D. eiuſdem, Cara inſula, D. Viburgen:, in Cimbrica Cherſoneſo, Vuiburg, Vitæ ſchola, D. eiuſdem, cuius Abbas 19. erat Henricus Monachus Claræuallen., De Aſilo, D. Roſchildien:, Roſchil in Zelandia, Regalis Curia, D. eiuſdem, De Geira, D. eiuſdem, Sancta Maria de Zweldze, ſiue de Zwelrelo, D. eiuſdem, Inſula Dei, D. Othonien:, Othenſche, Eſrom, D. eiuſdem, Portus S. Nicolai, De Alba.

# Jn Noruegia.

LIſa Noruegiæ, D. Nidroſien: Holuegia, D. eiuſdem, De vernem, D. Bergen:, Bergen, De Salrepa, Ius Regis, De Aiallo, De S. Eduardo, Mons S. Petri, De Meduchan.

# In Suetia.

ALuaſtra D. Lincopen:, in quo fuit Monachus Vlpho maritus S. Brigidæ, Gundiualia, D. eiuſdem, D. vulturno, D. eiuſdem, Nouale S. Mariæ, D. Scaranen:, De Ripa, D. eiuſdem.

# Scotia.

IN Scotiæ regnum introducta ſuit hæreſis poſt mortem Iacobi Scotorum Regis, & Margarethæ Coniugis eius, tum per Anglos, tum per Gallos, Poſt cuius introductionem, hæc Ordo Ciſtercien: amiſit Monaſteria.

Meilros, D. Sariſburgen:, ſeu S. Andreæ, Glaſco, quamuis alij ponant illud in Hibernia, Dundreman, D. Morauien:, De Sardis Vardonis, alias de Verdouia, D. eiuſdem, De Neuboune, D. eiuſdem, De Holcodram, De Kinlos, De Cupro, D. S. Andreæ, Sanctus Seruatius, D. Dumblanen:, Dumblan, De Glenoliis, D. eiuſdem, Vallis lucis, D. Glaſcoenſis, Bell Monaſterio, D. Dumblanen:, Gratia Dei, D. Aberdonen:, Aberdon, Canalis bonus, D. Morauien:, De vilers D. eiuſdem, De Sothoca, D. Sariſburgen:, De Ruffort, D. eiuſdem, De Der, D. Dumblanen:, De Dunelmia, D. Sancti Andreæ.

# Appendices variæ.

FRater Hyeronimus Roman⁹ in lib: 6. De Repub: Chriſtiana, cap: 12. quem etiam cittat Barnab: de Montaluo in ſuis Chronic: lib: 10. fol: 157. dicit. Quod poſt Quadraginta annos à ſua plantatione Ordo Ciſtercien: creuerat iam in diuerſis mundi Partibus in Septingenta Monachorum Monaſteria; Poſt mortem verò S. Bernardi in alia Septingenta.

# Item.

ORdo Ciſtercien: poſt ſuam fundationem rigorem ſuum obſeruauit in non comedendis carnibus, & piſcibus, niſi in Itinere, centum quinquaginta annis, Barnab: de Montaluo fol: 163. lib: 10. Tandem Himbertus Generalis Ciſtercien: impetrauit à Sixto IV. Prigilegium, quatenus liceret Monachis die Martis, Iouis, & Dominica, comedere carnes, vt ex Priuilegiis patet, fol: 107. Quod tamen multa Monaſteria Priuilegium non receperunt, qualia ſunt Hiſpanica, Anglica, Polonica, &c. ante liberæ electionis ſubtractionem.

# Item.

SAnctus Iordanus Ordinis Prædicatorum, Spiritu prophetico prædixit, Monachis Ciſtercien:, futuras quandoq; diuitias illorum cauſa ruinæ, Idem author qui ſupra: Hoc ipſum de S. Mechtilde memoriæ proditum eſt, à grauiſſimis authoribus.

Item.

# Jtem.

PApa Eugenius Rhemis in Gallia Concilio celebrato, Sanctæ Hildegardis ſcripta omnia approbauit, & confirmauit, Hæc Sancta prima fuit, quæ ſuſcepit habitum Ciſtercien:, aliaq; multa Monialium Monaſteria, ad eiuſdem Ordinis reformationem induxit, viuente adhuc Sorores S. Bernardi Humbelina, quæ huic reformationi ſuſcipiendæ cauſam dedit, & motiuum.

# Item,

COncilium ſub Innocētio tertio Romæ celebratum de A. D. 1215. Cap: In Singulis &c. de ſtatu Monachorum hortatur, Vt Ordines alij Religioſorum aduocent duos Ciſtercien:, Ordinis vicinos Abbates, qui præſint Capitulis eorum, Fr. Angelus Manrique Hiſpanus, in Sanct: Ciſtercien: Lib: ſecundo, dis: quinta, parag: 12.

# Item.

IN Gallia opprimi crudeliter Ordo Ciſtercien: cœpit per Epiſc: Carpentorateñ de A. D. 1450. In Italia ſub Pio ſecundo Pontif: Max: In Anglia per Epiſc: Cantuarien:, de A. D. 1466. In Scotia per Archiepiſcopum S. Andreæ, eodem fermè tempore, In Polonia per Vrielem de Gorka Epiſc: Poſnanieñ de A. D. 1486.

# Carmen.

ORdo Cucullatus poſſet ſatis eſſe beatus.
Si biberet flumen velletq; amare legumen.
Sed poſtquam ſpreuit fabas, præ carnibus Abbas.
Conſimiles mores cupiunt ſeruare minores.

# THRENODIA, SIVE LAMENTATIO STATVS ORDINIS CISTERCIEN:

*OLim noſtrum ordinem principes amabant,*
*Et ſummi Pontifices ipſum honorabant,*
*Grata Priuilegia, gratis nobis dabant,*
*Et præter ſuffragia nihil poſtulabant*
*Nunc eſt tributarius idem Ordo factus*
*Et ad communem hominum ſortem eſt redactus*
*Seruituti ſubiacet totus eſt Confractus*
*Præ ſubuentionibus ad Commendas tractus*
*Plures domus ordinis debitis grauantur.*
*Et ex hoc pericula multa generantur.*

*Nam*

*Nam vt creditoribus debita ſoluantur.*
*Oportet vt redditus, vel prædia vendantur.*
*Bona item Ordini, tradita iam pridem*
*Succeſſores fi'j auferunt eidem.*
*Olim dum ſimplicitas, ordinis vigebat*
*Nos laudabant homines, & nemo lædebat*
*Collectas à Monachis nemo requirebat*
*Sed eos Deo pacificè ſeruire ſinebat*
*Nunc videntes Abbatum grandes apparatus*
*Equos, & famulos, ſplendidos ornatus*
*Dicunt niſi locuples eorum eſſet ſtatus*
*Non valerent ducere tales equitatus*
*Propter terras etiam vineas, & prata*
*Quæ ſunt à fidelibus cuncta nobis data*
*Nos carpunt, nos lacerant, dicunt nimis lata*
*Sunt bona quæ poßidet, gens iſta cucullata*
*Ipſi vero non conſiderant, quod nos laboramus*
*Non vt nos tantummodo, ſed plurimos paſcamus*
*Superuenientibus hoſpitibus bona noſtra damus*
*Et exinde modicum nobis reſeruamus*
*Nos ſumus in pluribus ſimiles Iumento*
*Equis Dantur paleæ, excuſſo frumento*
*Suſtentamur etenim pane, & pulmento*
*Seruato hoſpitibus lauto nutrimento*
*Nos ſumus agricolæ, ſed noſtra cultura*
*Sæpe ſit Inutilis nobis propter plura*
*Nam corrupti aeris mutata natura*
*Modo lædit vineas, modo lædit rura,*
*Ea quæ pauperibus ſolebamus dare,*
*Vel in vſus varios hoſpitum aptare*

*Cogemur de cætero nobis reſeruare*
*Ne nos hæc benignitas cogat mendicare,*
*Nam mendicant plurimi, quia diſperguntur*
*Eorum collegia, longeq; mittuntur,*
*Oneri ſunt domibus ad quas emittuntur*
*Et citò ad propria regredi coguntur*
*Quid prodeſt tot villas tot agros tenere*
*Laborare iugiter, & Semper egere,*
*Egenis hominibus melius eſt verè*
*Quam nobis qui plurima videmur poſſidere,*
*Papa nihil exigit Sibi ab eis dari*
*Quia nudus aliquis nequit ſpoliari*
*In hoc ſolent homines tales gloriari*
*Quia ſollicitudine nolunt onerari*
*Quando nihil poſſident, & ſunt indigentes*
*Colunt eos diuites, frequentant potentes*
*Apud eos comedunt quæq; ſunt habentes*
*Ac pro Chriſti nomine nihil reſpuentes*
*Surgentes à prandio remotiſq; menſis*
*Benedicunt dominum manibus extenſis*
*Retributis hoſpiti gratiis immenſis*
*Recedunt, nec computant, de factis expenſis*
*Verum de iſta materia iam non loquamur*
*Sed ommiſſis aliis ad nos reuertamur*
*Pœnas huius ſæculi læti patiamur*
*Vt bonis cæleſtibus frui mereamur,*
*Signum eſt quod dominus non vult perire*
*Qui nos tanquam filios non ceſſat ferire*
*Ipſe poſt hæc triſtia, det nos ſic tranſire*
*Vt ad vera gaudia poſſimus peruenire, Amen.*

*FINIS.*

INSTYTUT OSSOLINSKICH




POSNANIÆ,
In Officina Joannis Wolrabj,
Anno Domini 1614.

7320/12

7320
12